

sýdræ sidhenna tiil thyniø aa. A østræ sidhennæ tiil haffstrandinnæ. Jtem a wæstræ sidhinnæ tiil gaupo aa. Thy wiliom wi. ok aff wars herre konungxsins wæghna starklika biwdhom Ath einghin aff edher dyrffuis her ephther. noghra aff thøm omaka eller bedrøffua fore nogra handha wrangha sakar skuldh jnnan fõrremærkthæ bærwikx sokna raa ok mærkiæ, biwdhom vi ogh füllelika i gen faass hwath aff thom orætteligha finsz tagith wara ,, saa framph i wilin haffua wars herre konungxsins nadh edher gønsztogha, ok wilin wnfly XL. mark sak, giffuith Aarom epter gudz býrdh M CCC XX ok VI stadh ok dagh fõrrescriffnæ.

2553.

1326 d. 9 Jan.

Strand.

Magnus Gregerssons enka INGEGERD testamenterar penningar, kläder, dyrbarheter m. m. till Predikarebrödernas kloster i Sigtuna, Upsala domkyrka m. fl. kloster och kyrkor, bestämmer gåfvor åt syskon, barn och tjenare m. fl., samt anslår inkomsterna af gårdarna Uppeby och Haga, till testamentets fullgörande och skulders betalande, för den händelse arfvingarne skulle vägra att ur oskiftadt bo lemna hvad som dertill behöfves.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

JN Nomine patris et filij et spiritus sancti amen, Ego JNGIGERDIS relicta domini magni gregorisson, calamitatem humane fragilitatis ante oculos mentis habens, ac mortis euentum infallibilem diligenter considerans corpore debilis sed mente sana per gratiam ihesu christi, meum in hunc modum condo et ordino testamentum, JN primis apud fratres predicatores sictunie, iuxta dilectum maritum meum dominum magnum mei corporis eligo sepulturam Quibus lego triginta marchas denariorum, Jtem duas marchas puri pro pixide corporis christi facienda, Ad fabricam ecclesie vpsalensis vnam marcham puri, monasterio in sko vnam marcham puri, Jtem cuilibet claustro et hospitali in swecia superiori vnam marcham denariorum, Jtem in quacumque parochia, vbi bona possideo, ecclesie vnam marcham et sacerdoti dimidiam marcham Ecclesie in vadhum vnum psalterium sacerdoti curato ibidem vnam marcham vicario suo dimidiam marcham, Domine katerine abbatisse in sko vnum anulum, Jngiburgi vxori benedicti sighurdhason vnum pellicium de varijs pellicibus, Jtem dilecto germano meo fratri petro XX:ti marchas denariorum, Dilecto filio meo fratri kanuto XX:ti marchas denar., Sorori mee helene in sko decem marchas denar., Jtem filie mee dilecte margarete ibidem, decem marchas denar., Jtem vnum anulum cum blaeo saphiro, et vnum pellicium de mardellinis, et vnam foraturam mantelli de mardellinis Jtem fratri sextano sictunie, III, marchas denar., Jtem domino iohanni plebano in vadhum, octo marchas denar., Jtem olauo spæka, qui mihi a puericia seruiuerat, XX:ti marchas denar., Matri sue katerine, II vaccas et vnum mantelum (!) blaeum,

katerine in swepenæsi vnum mantellum de bruneto, cum foratura de vario, sorori sue cristine vnum blaiuum mantellum cum foratura de vario Jtem cecilie filie dicte katerine vnam tunicam blaaf genzt, Jtem margarete haquini filie tunicam et mantellam (!) de gienst, Jtem pedisseque mee cecilie vnam tunicam de bruneto, Jtem petro karæ et vxori sue duas vaccas, Jtem Jnguaro dyakn duas vaccas, vxori eius ingiburgi vnam tunicam de yrsth, Jtem henikino sartori vnum equm valoris IIII marcharum, Jtem olauo famulo meo vnum equm cum sella et freno, Jtem petro pistori vnam vaccam, Ceterum, duas crateras argenteas pensantes sex marchas puri argenti deputo et assigno ad manus mihi dilectorum silicet filij mei gregorij et germani mei fratris petri, ut ipsi de earum precio satisfaciant illis, quibus minus sufficienter satisfactum fuerit per me ipsam, residuum inter pauperes diuidendum, Jnsuper volo et ordino, et prolem meam instanter rogo, ut bona mea, nullatenus post mortem meam diuidantur, donec hec omnia premissa per me legata, ac etiam debita omnia, pro me quocumque modo contracta, integraliter fuerint persoluta, si vero heredes mei, hoc admittere noluerint, ex tunc, et ex nunc, assigno fructus et ouenciones [æ: obuenciones] omnes, prediorum meorum in vppiby et haghæ, ad manus exequutorum istius mei testamenti ut ipsi de dictis fructibus, tam de debitis quam legatis, plenarie satisfaciant prout de ipsis gero fiduciam specialem, districtius inhibens ex parte dei ne quisquam heredum meorum, ipsos presumat in hoc aliquo modo impedire, Exequutores autem huius testamenti et mee vltime voluntatis constituo et ordino nobiles viros dominos Laurencium vlfhson, Nicolaum biornson, dilectum filium meum gregorium magnusson, benedictum sighthason, ac germanum meum fratrem petrvm Quorum etiam sigilla, presentibus, instanter, apponi peto, sigillum etiam meum presentibus est appensum, Testes autem omnium premissorum sunt isti, silicet domina byrghitta vxor filij mei gregorij, dominus iacobus sacerdos petrvs kare, olauus spake hænikinus sartor, Cristina de swepenæs, Jngiburghis vxor inguari. Datum et actum in strand Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> vicesimo sexto feria quinta infra octauas epiphanie.

Sigillen: N. 1, Fru Ingegerd Filipsdotters; 4, Greger Magnussons (2 snedbjelkar); N. 5, Bengt Sigurds-  
sons (natt och dag i längden); N. 6 andligt. Efter N. 2 och 3 finnas blott remsorna kvar.

2554.

1326 d. 17 Jan.

THORBERG RAGVALDSSON gifver sin hustru Margareta sina gods i Alstremrud, nemligen Begisbol och Letturud, i morgongåfva.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch. \*).

Omnibus presens scriptum cernentibus, THORBERGUS RAGNWALZSON salutem in domino sempiternam, Omnibus tenore presencium constare volo me

\*) Förut i Oxenstiernska archivet på Tidön.